



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Angela De Fvlginio, In Qvo Ostenditur Nobis vera via qua  
possumus sequi vestigia nostri Redemptoris**

**Angela <de Fulginio>**

**Parisiis, 1598**

c. xxij. De 3. consolatione & visione in qua vidit Deum in quantum est  
infinita potentia: & de profunda humilitate qua Deus se creaturis  
inclinauit, in qua visione concessa fuit sibi gratia vt ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43716**

tu potes facere, quod ego pos-  
sim portare. Et ipse respondit. Si  
hoc facerem, hic haberes, quic-  
quid velles, & non haberes fa-  
mem de me, ideo nolo tibi hoc  
facere, immo in hoc mundo vo-  
lo, quod habeas famem de me,  
& desiderium, & quod langueas  
de me.

*Vigesimum secundum ca. De ij. con-  
solatione & visione, in qua vidit  
Deum in quantum est infinita om-  
nipotentia: & de profunda humili-  
tate qua Deus creaturis se inclina-  
uit, in qua visione concessa fuit sibi  
gratia vt prodesset omnibus tam  
presentibus quam futuris qui de ea  
memoriam haberent.*

**Q**UADAM vice fuit mihi  
facta locutio diuina di-  
cens. Ego qui loquor tibi, sum di-  
uina potentia, quæ apporto tibi  
gratiam diuinam, & gratia quam  
apporto tibi est talis, quod vo-  
lo quod tu profis omnibus ho-  
minibus, qui videbunt te, & non

*Bonum est habere memoria de beata hac Angela.* solum illis, sed etiam quod iuues, & profis illis, qui cogitabunt de te, vel recordabuntur & audiēt te nominari: & illis qui plus habebunt de me, plus proderis. Et tūc anima quamuis senserit magnam lætitiā, dicebat, nolo hāc gratiam, quia timeo ne mihi noceat, & ne inde habeam vanam gloriam. Et respondit subito dicens. Tu non habes inde facere aliquid, quia hoc non est tuum, sed solum es inde grauanda, serua id bene, & redde illi cuius est. Et tunc anima apprehendebat, quod isto modo nō poterat mihi nocere. Dixit etiam mihi, placet inquit mihi, quia habes istum timorem. Post hęc mihi existenti in Ecclesia facta fuit locutio dulcissima, quæ statim refecit totam mentem meam, dixitque mihi: filia mea dulcis mihi, vel valde melius dixit. Et subiungit. Nulla creatura potest tibi dare consolationem, nisi ego solus, ego volo tibi ostendere de po-

rentia mea. Et statim fuerunt  
 aperti oculi animæ meæ, & vide-  
 bam vnam plenitudinem Dei, in  
 qua comprehendebam totum  
 mundum, supra vltra mare, & ci-  
 tra mare, & mare, & abissum, &  
 omnia in quibus non videbam,  
 nisi tantum potentiam diuinam  
 modo omnino inenarrabili, &  
 animam nimis admirando excla-  
 mauit dicens: est iste mundus  
 plenus de Deo? Et comprehen-  
 debam totum mundum quasi  
 quid parum. Et videbam poten-  
 tiam Dei excedere omnia, & im-  
 plere omnia. Et dixit mihi: ostē-  
 di tibi aliquid de potentia mea?  
 Et ego comprehendebam taliter,  
 quod poteram melius postea in-  
 telligere alia. Et dixit mihi: vi-  
 disti aliquid de potentia mea?  
 modo videas humilitatē meam:  
 & videbam tantum profundē hu-  
 militatem Dei, & ad homines, &  
 ad omnia, quod comprehendens  
 anima potentiam inenarrabi-  
 lem, & videns tam profundam

*Vidit alii  
 quomodo  
 de pleni-  
 tudine  
 omnipo-  
 tentia di-  
 uina.*

*Humili-  
 tas Dei!*

humilitatem, mirabatur, & reputabat se nihil omnino, & nihil videbat in se, nisi superbiam, & incoepi mecum cogitare, & reputare me omnino indignam cōmunionem, ita quod nolebam cōmunicare. Et dixit mihi postquam ostenderat suam potentiam, & humilitatem. Filia mea ad istud punctum videndi, ad quod tu venisti, nulla creatura potest venire, nisi per diuinam gratiam eleuetur specialissimam. Cum igitur essem in Ecclesia prope eleuationem corporis Christi, dixit mihi. Ecce potentia modo est super altare, & sum intus in te, & si tu me recipis, recipis me, quem iam recepisti, communica igitur in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & ego qui sum dignus, facio te dignam. Et tunc remansit in me dulcedo inenarrabilis & lætitia magna, qua non credo carere in tota vita mea.